

ALLOQUIUM ALTERUM

V I R O

SUMME REVERENDO ET AMPLISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO **Gotthelf**
Birnbaum /

SS. Theologiæ Doctori Meritissimo & Cleri Ruppiniensis
Inspectori Vigilantissimo,
DOMINO INSPECTORI ET FAUTORI SUO INSI-
GNI REVERENTIA VENERANDO,
Magnæ spei, dum viveret, FILIUM,
VIRUM JUVENEM ORNATISSIMUM,

CHRISTIANUM
Gotthlob /

Philosoph. & SS. Theologiæ Studiosum,

Hale, D. XXX, Octobr. A. C. MDCCXIX.

Cum annum vigesimum ferme implevisset, præmaturâ
morte sublatum, multis lacrimis deploranti

Ex renovato *συνταξίας* officio

Debitum

à

JOHANNI JULIO **Sevcken** /

Ecel. Radensleb. Past.

NEO - RUPPINI,

Typis WENDELINI MULLERI, Reg. Pruss. Typographi privil.)



Deploremné Tuos, duplicato in funere,
 luctus,
BIRNBAUMI, obsequio PRÆSES
 amande pio?
 Qui modò denatam funesto carmine
 planxi
NATAM, (a) eheu! cogor triste novare melos;
NATUM & namque Tuum, vernanti in flore juventæ,
 Exspirare jubet lex violenta DEI!
 Quî geminas sicco spectes has lumine clades
 Binaque fulera Tuâ lapsarepente domûs?
 Est locus, insigni quâ tantum Academia laude
 Exsuperat variis clara Lycea locis,
 Obscuros quantum pellucida gemma lapillos
 Et fragiles corylos non cariola larix,
 Incluta quæ claret fumantibus, Hala, salinis,
 At nunc Musarum clarior illa domo,
 Hala, pio prorsus quæ complexatur amore,
 Commissos fidei, mater ut alma, suæ,
 Illa Tuumque suis sic **NATUM** exceperat ulnis,
 Concipiens multum plusque subinde spei.

(a) CHRISTIANA AGATHA, Virgo amabilissima quatuordecim annos nata; mortua Pet-
 stampi, ab Autote etiam Epicedio honorata.

Ast

Ast eheu! spes illa perit, quam & corde paterno
 Ipse volutasti VIR Venerande, Tuo.
 Rus veluti multæ pronittens foenera frugis
 Conspicit, inde fovens gaudia, cultor agri.
 Ast subito quasfata ruit procera voluptas,
 Imbris & horrisoni strata furore perit:
 Sic Tua, sic periit, concepta ex germine, **NATO**,
 Olim fructifero, mellis opima spei!
 At nolim hos justos luctu distendere luctus,
 Augere & lacrimas, FAUTOR amande, novas;
 Simplice, sed sancta plenum solamine carmen,
 Malo en! plasma novum vulneris esse tui.
 Ignoscas, quaso, lugentem Te illa monenti,
 Quæ facundâ alias dexteritate mones.
 Transivere patres & nos transibimus omnes!
 Quem, sodes, hominum transitus hicce latet?
 At non humanâ, sanctâ sed mente volutas,
 Absit ut ingratus transitus hicce fiet!
 Transitus hic mors est; quis, qualis transitus ille?
 Vocibus id bimis explicuisse, sat est.
 Transitus ex vitâ, squalenti felle dolorum;
 Transitus ad vitam, mella ubi pura fluunt.
 Transitus ex vitâ, quam spurcat turba malorum;
 Transitus ad vitam grex ubi sanctus ovat.
 Transitus ex vitâ, mortis quæ nomine digna;
 Transitus ad vitam, vita ubi vera viget.
 Ex vitâ ad vitam sic **NATUS** transit; ille
FILIUS, ô animæ pars pretiosa tuæ.
 Unum hoc libranti, PATER ô moestissime, **NATI**
 Absit ut ingratus transitus ille fiet!



Kleine

Kleine frostreiche Zugabe

Der Sohn ist auch dahin! O herber Seelen-Bruch!
Nun/ spricht Ihr/ ist das Herk zerschmettert und zerschlagen!
Allein/ Beliebteste/ wie könnt Ihr's traurig sagen?

Der Sohn ist auch dahin! Ein süßer Freuden-Spruch;

Der Sohn ist auch dahin! Wohin? Zur Freuden-
Stadt!

Die sein beglückter Lauff auch bald erreicht hat!

ANNUM QUO

BIGA BEATA PYRORUM FILIUS ET FILIA

Hæc d. XXIII. Septembris Potstampi

Ille d. XXX. Octobr. Halæ

Pie expirabant

Sequens Etæologium ostendit

Gnat Vus & Gnata Dr. Birnba VMII In paCe CVbant.

Aber

Der gVtige GOTT Der bißher geschlagen kan VVIDer

hellen! Deut. 32, 39.

